*Gnavus Aristotelis qui sese abscondidit hortis:*
*Huic Ars, huic perpes gloria adesse solet.*

Debiti amoris ergò f.

Philippus Carolus.

---

In honorem literatissimi atq; ornatissimi Dn. NICOLAI ZUBERI, publicè disserturi.

*NOn in plumoso virtus jacet alma cubili:*
*Illam nec Bacchus nec Venus uda creat.*
*Ast parit hanc castæ conjuncta modestia vitæ,*
*Strenuus & durâ sedulitate labor.*
*Quam quia cum primis ZUBERE secutus es annis*
*Intrepidus meritò laudis honore clues.*
*In cæpto cursu quapropter pergito: namq;*
*Phœbus sic ausis annuet ipse tuis.*

Hieronymus Siderius Francus LL. Stud.

---

Ornatissimo atq; Doctissimo Viro Juveni, Dn. NICOLAO ZUBERO consalino suo suavissimo, de Modis investigandæ Definitionis disputanti.

*MAxima laus hominis Musarum castra sequentis:*
*Eximij nomen ducere Philosophi.*
*Maxima laus simul est hominis Logices studiosi:*
*Eximij nomen consequier Logici.*
*Respicis huc igitur ZUBERE suavis amice:*
*Dum συζήτησιν sedulus hancce subis.*
*Pergeita: proposito minimè frustraberis: imò*
*Ex voto surget, laus tibi, grande decus.*

Boni Ominis & amoris
ergò scripsit

Georgius Plancus Ambergâ Palatinus.

FINIS.

Coll. diss. A. 89, misc. 46

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378390503/12 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG